

οὕτω μεταλαγχάνειν α). ΣΩ. β) Ἄλλ' ἢ γ), τὸ λεγόμε.

Κατόπιν. Μεθύση. Μιμοῦμαι. Φέρε. Φοιτᾶν. vid. et Varr. Lectt. ed. Bipont. p. 309. Vol. V. E Latinis autem scriptoribus a Cicerone, ut de Orat. I, II. diligentius legi Gorgiam, et 3, 31. ut ille in Gorgia Socrates. a Quintiliano Institt. Oratorr. 2, 15. ex Gorgia Platonis. et ibid. Apud Platonem quoque Gorgias in libro, qui nomine eius inscriptus est, idem fere dicit. a Gellio 6, 14. et nosser Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit. et Verba sunt haec Platonis in Gorgia, add. 10, 22. et Macrob. in Somn. Scip. 1, 1. In Codice Meerm. titulus dialogo praefixus erat, sed scriptura aqua deleta et pars chartae abscissa. Codex autem August. exhibebat indicem huncce: Πλάτωνος Γοργίας ἢ περὶ ῥητορικῆς, omisso vocabulo ἀνατρεπτικῆς, quod in editis libris additum legitur.

α) His verbis, ut et φασί, pro quo Cod. Aug. habebat φησί, et nomini μάχης in Cod. Meerm. superscriptum παροιμία, docent, proverbum continetur, quod in nimis sero, reque iam peracta, advenientes iaci ostendit Hemsterhusius apud Ruhnkenium ad Timaei Lex. Vocc. Platonn. p. 128. vbi simul a Ruhnkenio e Commentario inedito, quem Olympiodorum in Platonis Gorgiam constat scripsisse, haec excerpta leguntur: ὅτι ὄντος πολέμου καὶ μάχης ἐπιχειρήσας, ἔδει σε ὑστερήσαι. Caeterum vitur initio huius dialogi, quod nimis abruptum videatur, Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. ad amouendam opinionem, libelli illius Plutarchi initium intercidisse.

β) In Cod. Aug. omittuntur nomina personarum loquentium ubique, quod idem factum est in Cod. Meerm. ita tamen, ut inter interrogationes atque responsiones spatii nonnihil relictum esset. In eodem Codice charta erat abrupta, ita ut Vocatiuī Σώκρατες primae tantum litterae apparerent, nec verba, quae sequuntur, vsque ad responsionem Calliclis ibi legerentur.

γ) Cod. Aug. ἀλλ' ἢ. male. ἀλλ' ἢ enim habet vim interrogandi, quemadmodum Valkenar. ad Euripid. Hippol. v. 932. monuit; ἀλλ' ἢ autem est, at, sed, immo, ut apud Euripid. Hippolyt. v. 297.